



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 67. Continuata dissidia circa Juliacensem Successionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. nitus est, incassum tamen: quocirca Hi-
A. C. 1614. spani Uneliam Sabaudi portum arcem-
 que Moranam obsident, occupantque:
 nec tamen adhuc minis aut damnis
 flectitur Sabaudus, qui insuper Vene-
 tos, Anglos, Fœderatos Ordines ac
 Principes huic bello implicare, atque
 in sui opem allicere tentabat, irrito li-
 cet conatu. Tandem vero Savellius
 Papæ Nuntius & Rambolietus Regis
 Galli Legatus iterato pacis condiciones
 proposuerant, quas etiam Sabaudus haud
 cunctanter acceptabat, Hispaniæ vero
 Rex omnino rejiciebat, iis insistens pa-
 ctis, quæ ipse antea præscripserat.
 Eapropter hoc bellum usque ad annum
 Domini millesimum sexcentimum de-
 cimum nonum protractum est.

§. LXVII.

*Continuata dissidia circa Juliacensem
 successionem.*

Merc. Gall. Interim inter Palatinum & Brandebur-
tom. 10. l. 2. gensen Duces ex ipsa Religionis di-
Ferrer. versitate animorum dissensio augeri vi-
Hisp. Hist. debatur. Equidem jam ineunte Mense
tom. 11. c. 2. Aprili de controverso Juliacensi nego-
§. 116. tio Principum Conventus Namburgi in
 Thuringia irritum tamen successu habe-
 batur. Hortabantur etiam utrumque
 Ducem ad concordiam non pauci Ele-
 ctiores

tores ac Principes: Rogabant insuper Sæc. XVII.
 Cliviæ Ordines Albertum Archiducem, A. C. 1614.
 Coloniz Electorem, & fœderatos Bel-
 gii Ordines, ne sese huic negotio im-
 miscerent, sed illud Ducibus transigen-
 dum relinquerent: Interim vero Bran-
 deburgicis præsertim & Neoburgicis
 præfidiariis subinde jam invicem con-
 certantibus, Pithamius Juliaci Guber-
 nator Svigelium cum Fœderatorum Or-
 dinum copiis in urbem intromisit, id
 e re utriusque Ducis fore caussatus:
 reluctabantur autem novæ huic vio-
 lentiz fortiter Neoburgici, tandem
 vero aliquibus cæsis sauciisque, habi-
 toque colloquio & ipsi aquieverunt,
 quo cognito Neoburgicus Princeps vi-
 cissim Dusseldorpium præfidiario milite
 munivit. Interea vero Ordinum mili-
 tes in Schweinheimense, Brandebur-
 gici vero in Siburgense Monasteria im-
 petum facere incassum tentabant. Cum
 igitur ad Albertum Archiducem de oc-
 cupata pene Juliacensi arce rumor per-
 venisset, hic habito statim militum de-
 lectu ad expeditionem cuncta parabat,
 haud segnius Ordinibus idem facienti-
 bus. Præerat Hispanis, Belgis & Cæ-
 sareis copiis Marchio Ambrosius Spi-
 nola: Pro Brandenburgico autem exer-
 citum octodecim millium ducebat Mau-
 ritius Nassovius.

Sæc. XVII.
A. C. 1614.

§. LXVIII.

*Actum de reconciliando utroque
Duce.*

*Cont. Sleid. l. 19.
Cluver. epit. pag. 771.* Interim ad prævertendas belli calamitates die decima Junii Vefaliæ conventus habebatur, in quo Fœderatorum Ordinum Legati Neoburgicos hortabantur, ut Düffeldorpii præfidiarios intra tridui spatium dimitterent, atque a munienda civitate abstinere; quibus tamen Neoburgici non sine sibilo responderunt, se restituta in integrum Juliacensi urbe, quicquid in se esset, prompte facturos: cum igitur neutra pars de jure suo cederet, re infecta discessum est. Neoburgicus tamen Princeps pacis studiosissimus datis literis exponebat, quam iniquo ferret animo, quod ipse inscius & invitus, præfidiariis suis urbe ejectis, arce Juliacensi pene excluderetur, Ordines vero non sine maxima Cæsaris, aliorumque Imperii Principum offensione possessionem tot sumptibus ac laboribus assertam interturbarent, inducta sequestratione, quam tamen ipsimet antea in Leopoldo Archiduce damnassent: proin præprimis peteret, ut arcis Juliacensis in integrum restitutio fiat, vicissim vero ipse, si idem Brandenburgicus sit